



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum trisdttitia, seu dolor sit contraria delectationi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

li est obiectum delectationis & doloris. Bonum autem & malum inquantum hmoi, sunt obiecta appetitus. unde patet q delectatio, & dolor ad appetitum pertinent: omnis autem motus appetitiuus, seu inclinatio consequens apprehensionem pertinet ad appetitum intellectiuum, uel sensitiuum: nam inclinatio appetitus naturalis non consequitur apprehensionem ipsius appetentis, sed alterius, ut in 1. dictu est. Cum igitur delectatio & dolor presupponant in eodem subiecto sensum, uel apprehensionem aliquam, manifestum est, q dolor sicut & delectatio, est in appetitu intellectiuo, uel sensitiuo. Omnis autem motus appetit⁹ sensitui dicitur passio, ut * supra dictu est. & precipue illi, qui in defectum sonant unde dolor secundum quod est in appetitu sensitiuo, propriissime dicitur passio animae: sicut molestia corporales proprie passionis corporis dicuntur. unde & Aug. 14. * de ciuitate Dei, dolorem specialiter aegritudinem nominat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dolor dicitur esse corporis: quia causa doloris est in corpore, puta, cum patitur aliquid nociuum corpori: sed motus doloris semper est in anima. nam corpus non potest dolere nisi dolente anima, ut * Aug. dicit.

AD SECVNDVM Dicendum, q dolor dicitur esse sensus, non quia sit actus sensitua uirtutis, sed quia requiritur ad dolere corporalem, sicut ad delectationem.

AD TERTIVM Dicendum, quod dolor de amissione boni demonstrat bonitatem nature, non quia dolor sit actus naturalis appetitus, sed quia natura aliquid appetit ut bonu, quod cum remoueri sentitur, sequitur doloris passio in appetitu sensitiuo.

ARTICVLVS II.

Utrum tristitia sit idem, quod dolor.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q tristitia non sit dolor. Dicitur enim Au. 14. de * ciui. Dei quod dolor in corporibus dicitur, tristitia autem dicitur magis in anima: ergo tristitia non est dolor.

¶ 2 Præ. Dolor non est nisi de presenti malo: sed tristitia potest esse de preterito & de futuro, sicut penitentia est tristitia de preterito, & anxietas de futuro: ergo tristitia omnino a dolore differt.

¶ 3 Præ. Dolor non uidetur consequi nisi sensum tactus: sed tristitia potest consequi ex omnibus sensibus: ergo tristitia non est dolor: sed se hæt in pluribus.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Ro. 9. Tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo pro eodem utens tristitia & dolore.

RESPON. Dicendum, quod delectatio & dolor ex duplici apprehensione causari possunt, uel ex apprehensione exterioris sensus, uel ex apprehensione interiori siue intellectus, siue imaginationis. Interior autem apprehensio ad plura se extendit q exterior, eo quod quæcunque cadunt sub exteriori apprehensione cadunt sub interiori, sed non e conuerso. Sola igitur illa delectatio, quæ ex interiori apprehensione causatur, gaudium nominatur, ut * supra dictum est: & similiter ille solus dolor, qui ex apprehensione interiori causatur, nominatur tristitia. Et sicut illa delectatio, quæ ex exteriori apprehensione causatur, delectatio quidem nominatur, non autem gaudium, ita ille dolor, qui ex exteriori apprehensione causatur, nominatur quidem dolor, non autem tristitia. Sic igitur tristitia est quædam species doloris, sicut gaudium delectationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Au. loquitur

A ibi quantum ad usum uocabuli, quia dolor magis usitatur in corporalibus doloribus, qui sunt magis noti, quam in doloribus, spiritualibus.

AD SECVNDVM Dicendum, q sensus exterior non percipit nisi præsens, uis autem cognitiua interior potest percipere præsens præteritum, & futurum: & id tristitia potest esse de præsentibus, præteritis, & futuro. Dolor autem corporalis, qui sequitur apprehensionem sensus exterioris, non potest esse nisi de præsentibus.

AD TERTIVM Dicendum, q sensibilia tactus sunt dolorosa, non solum inquantum sunt improporcionata uirtuti apprehensiuæ, sed etiam inquantum contrariantur naturæ: aliorum uero sensuum sensibilia possunt quidem esse improporcionata uirtuti apprehensiuæ, non tamen contrariantur naturæ, nisi in ordine ad sensibilia tactus. unde solus homo, qui est animal perfectum in cognitione, delectatur in sensibilibus aliorum sensuum secundum seipsa: alia uero animalia non delectantur in eis, nisi in quod referunt ad sensibilia tactus, ut dicitur in 3. * Eth. & ideo de sensibilibus aliorum sensuum non dicitur esse dolor, sed quod contrariatur delectationi naturali: sed magis tristitia, q contrariatur gaudio animali. Sic igitur si dolor accipitur pro corporali dolore, quod uisitatus est, dolor ex opposito diuiditur contra tristitia secundum distinctionem apprehensionis interioris & exterioris, licet quantum ad obiecta, delectatio ad plura se extendat q dolor corporalis. Si uero dolor accipitur cõiter, sic est genus tristitiæ, ut * dictum est.

B

ARTICVLVS III.

Utrum tristitia, seu dolor, sit contraria delectationi.

AD TERTIVM sic proceditur. Vbi, q dolor delectationi non contrarietur. Vnum enim contrariorum non est causa alterius: sed tristitia potest esse causa delectationis. dicitur enim Mat. 5. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur: ergo non sunt contraria.

¶ 2 Præ. Vnum contrariorum non denominatur aliud: sed in quibusdã ipse dolor, uel tristitia est delectabilis, sicut Aug. dicit in 3. * Conf. q dolor in spectaculis delectat. Et 4. Cõfess. dicit q fletus amara res est, & tamen quæ delectat. ergo dolor non contrariatur delectationi.

¶ 3 Præ. Vnum contrariorum non est materia alterius, quia contraria simul esse non possunt: sed dolor potest esse materia delectationis: dicitur enim Aug. in lib. de * peniten. Semper penitens doleat, & de dolore gaudeat. & Philosophus dicit in 9. Eth. quod e conuerso malus dolet de eo, quod delectatus est: ergo delectatio, & dolor non sunt contraria.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 14. de ciuitate Dei, quod lætitia est uoluntas in eorum consensione quæ uolumus: tristitia autem est uoluntas in dissensione ab his quæ uolumus: sed cõsentire, & dissentire sunt contraria: ergo lætitia, & tristitia sunt contraria.

RESPON. Dicendum, quod sicut Philosophus dicit 10. * Metaph. Contrarietas est differentia secundum formam, forma autem, seu species passionis & motus sumitur ex obiecto, uel termino. unde cum obiecta delectationis, & tristitiæ, seu doloris sint contraria, scilicet bonum præsens, & malum præsens, sequitur q dolor & delectatio sunt contraria.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet unum contrariorum esse causam alterius per accidens: sic autem tristitia potest esse causa delectationis. Vno quidem modo, inquantum tristitia de absentia alicuius rei, uel de presentia contrarii, uehementius querit id in quo delectatur, sicut sitiens uehementius querit delectationem potus,

p.p. q. 103. art. 1.

q. 11. art. 1.

c. 7. circa fi. & c. 8. 10. 5.

Li. 13. sup. ge. nes. ad lit. c. 14. 10. 3.

3. q. 15. ar. 6. cor. & 3. di. 13. q. 2. ar. 4. c. 1. & 3. & ver. q. 6. ar. 3. ad 9. ar. 4. ad 4. Ca. 7. in fi. & c. 8. 10. 5.

q. 11. ar. 3.

c. 10. a med. tom. 5.

In corp. art.

4. di. 49. q. 3. art. 3. q. 1.

Ca. 3. & 4. c. 6. scilicet c. 5. in fi. tom. 1.

li. de ver. & fall. penit. c. 13. circa fi. to. 4. * Lib. 9. eth. c. 4. non loquitur a fi. to. 5. Li. 14. c. 7. to. mo 5.

Li. 10. meta. text. 13. & 14. to. 3.

tus, ut remedium contra tristitiam quam patitur. Alio modo, in quantum ex magno desiderio delectationis alius cuius, non recusat aliquis tristitiam perferre, ut ad illam delectationem perveniat. & utroque modo luctu spreus ad consolationem futurę vitę perducit: quia ex hoc ipso quod homo luctet pro peccatis, vel pro dilatione glorię, meretur consolationem æternam. Similiter meretur etiam aliquis ex hoc, quod ad ipsam consequendam non refugit labores & angustias propter ipsam sustinere.

AD SECUNDUM dicendum, quod dolor ipse potest esse delectabilis per accidens, in quantum, si habet adiuturam admirationem, ut in spectaculis, vel in quantum facit recordationem rei amate, & facit percipere amorem eius, de cuius absentia doletur. Vñ cum amor sit delectabilis, & dolor, & omnia quę ex amore consequuntur, in quantum in eis sentitur amor, sunt delectabilia: & propter hoc etiam dolores in spectaculis possunt esse delectabiles, in quantum in eis sentitur aliquis amor conceptus ad illos, qui in spectaculis commemorantur.

AD III. dicendum, quod voluntas & ratio supra suos actus reflectuntur, in quantum ipsi actus voluntatis & rationis accipiuntur sub ratione boni, vel mali: & hoc modo tristitia potest esse materia delectationis, vel e converso, non per se, sed per accidens, in quantum scilicet utrumque accipitur in ratione boni vel mali.

Super Questionis trigesima quinti articulum quartum.

ARTICULVS III.

Utrum omnis tristitia omni delectationi contrarietur.

Missis primis tribus articulis

Inf. artic. 6. quęl. trigesima quinta cor. fi. & 38. ar. i. ad primū. Et 3. q. 46. art. 8. ad 2. Et 4. dist. 14. q. 1. ar. 4. q. 2. cor.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod omnis tristitia omni delectationi contrarietur. Sicut enim albedo & nigredo sunt contrarię species coloris, ita delectatio & tristitia sunt contrarię species animę passionū: sed albedo & nigredo uniuersaliter sibi opponuntur, ergo etiam delectatio, & tristitia:

¶ 2 Pręterea. Medicinę per contraria sunt: sed quęlibet delectatio est medicina contra quamlibet tristitiam, ut patet per Philosophum in 7. Ethicorum. ergo quęlibet delectatio cuiuslibet tristitię contrariatur.

¶ 3 Pręterea. Contraria sunt, quę se inuicem impediunt, sed quęlibet tristitia impedit quamlibet delectationem, ut patet per illud quod dicitur in 10. Ethicorum. ergo quęlibet tristitia cuiuslibet delectationi contrariatur.

SED CONTRA. Contrariorum non est eadę causa: sed ab eodem habitu procedit, quod aliquis gaudeat de uno, & tristetur de opposito. ex charitate enim contingit gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, ut dicitur in 12. ergo non omnis tristitia omni delectationi contrariatur.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in 10. Metaphysicę. Contrarietas est differentia secundum formam, forma autem est & generalis, & specialis. vñ contingit esse aliqua contraria secundum formam generis, sicut iustitia & iniustitia. Est autem considerandum, quod quędam specificantur secundum formas absolutas, sicut substantię & qualitates, quędam uerō specificantur

11. 10. ethic. c. 3. & 14. tom. 5.

per comparationem ad aliquid extra, sicut passiones & motus recipiunt speciem ex terminis, sicut ex obiectis. In his ergo, quorum species considerantur secundum formas absolutas, contingit quidem, species, quę contrarias secundum rationem generis, non esse contrarias secundum rationem speciei: non tamen contingit, quod habeant aliquam affinitatem vel convenientiam adinuicem. Intemperantiam, & iustitiam, quę sunt in contrariis generibus, uirtute scilicet & uitio, non contrariantur adinuicem secundum rationem proprię speciei, nec habent aliquam affinitatem, vel convenientiam adinuicem. Sed in illis, quorum species sumuntur secundum habitudinem ad aliquid extrinsecum, contingit quod species contrariorum generum non solum non sunt contraria adinuicem, sed et habent quandam convenientiam & affinitatem, eo quod eodę modo se habere ad contraria, contrarietatem inducit: sicut accedere ad album, & accedere ad nigrum, hęnt rationem contrarietatis, sed contrario modo se habere ad contraria hęnt rationem similitudinis, sicut recedere ab albo, & accedere ad nigrum: & hoc maxime apparet in contradictione, quę est principium oppositionis. Nam in affirmatiōe & negatione eiusdem consistit oppositio, sicut album & non album: in affirmatione autem unius oppositorum, & negatione alterius attenditur convenientia & similitudo, ut si dicam nigrum, & non album. Tristitia autem & delectatio, cū sint passiones, specificantur ex obiectis, & quę secundum genus suum contrarietate habent: nā unum pertinet ad prosecutionem, aliud uerō ad fugam, quę se hęnt in appetitu, sicut affirmatio & negatio ratione, ut dicitur in 6. Ethicorum. Et ideo tristitia & delectatio, quę sunt de eodem, habet oppositionem adinuicem secundum speciem: tristitia uerō & delectatio de diuersis si eadem illa diuersa non sunt diuersa opposita, sed disparata, non habent oppositionem adinuicem secundum rationem speciei, sed sunt et disparata, sicut tristiari de morte amici, & delectari in contemplatione. Si uerō illa diuersa sint contraria, tunc delectatio & tristitia non solum non habent contrarietatem secundum rationem speciei, sed etiam habent convenientiam & affinitatem, sicut gaudere de bono, & tristiari de malo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod albedo & nigredo non habent speciem ex habitu ad aliquid extrinsecum, sicut delectatio & tristitia: vñ non est eadę ratio.

AD II. dicendum, quod genus sumitur ex materia, ut patet in 8. Metaphysicę. in accidentibus autem loco materię est subiectum. Dicitur est autem quod delectatio & tristitia contrariantur secundum genus: & ideo in qualibet tristitia est contraria dispositio subiecti dispositioni, quę est in qualibet delectatione. nam in qualibet delectatione appetitus se hęnt ut acceptans id quod hęnt: in qualibet autem tristitia se hęnt ut fugiens. & ideo ex parte subiecti quęlibet delectatio est medicina contra quamlibet tristitiam, & quęlibet tristitia est impeditiua cuiuslibet delectationis, præcipue tñ quę delectatio tristitię contrariatur est secundum speciem. Vnde patet solutio ad tertium. Vel aliter dicendum, quod et si non omnis tristitia contrarietur omni delectationi secundum speciem, tamen quantum ad effectum contrariatur. nam ex uno confortatur natura animalis: ex alio, uerō quodammodo molestatur.

ARTICULVS V.

Utrum delectationi contemplationis sit aliqua tristitia contraria.

AD QVINTVM sic proceditur. Vñ, quod delectationi contemplationis sit aliqua tristitia con-